

Francisco Sfortiae S.R.E. Cardinali Episcopo Albanensi Robertus Card. Bellarminus S.P.D.

Scripsi ante paucos menses opusculum de arte bene moriendi, tum ut ipse me ad mortem, jam maturum, compararem, tum ut ea, quae mihi
 5 utilia visa sunt ad negotium negotiorum omnium maximum, cum fratribus vel dominis meis libenter, ut mihi solitum est, communicarer. Hoc autem opusculum duabus de causis Tibi, Francisce Sfortia, Cardinalis optime, dandum esse censi. Prior mihi causa fuit, ut per te memoria sanctae Gregorii XIII Pontificis Maximi aeternitati com-
 10 mendetur. Tu enim olus jam superes ex tot lectissimis Cardinalium creationibus, quibus Collegium hoc nostrum Sapientissimus Pontifex illustravit; et tu dem solus ex nobilitate Romana familiam Boncompagnam, et ipsam quae nobilem affinitate contingis. Porro hic idem Gregorius Religioni Societatis Jesu, quae mihi ab annis sexaginta
 15 pia mater est, non solum Dominus clementissimus, sed etiam Pater amantissimus semper fui. Is enim diplomata multa Societati attribuit, quibus ejus privilegia superioribus Pontificibus concessa vel explicavit, vel auxit. Idem ipse Sanctissimus Pontifex pro eo, quo ardentissime flagrabat, desiderio propagandae Catholicae fidei multis
 20 in locis Collegia extruxit, atque inprimis Romae Germanicum, et Hungaricum, cujus administrationem propriam Societatis Jesu esse voluit. Hujus igitur vigilae Pontificis memoriam colit quidem Romae Societas anniversariis sacrificiis, ac laudationibus. Sed visum mihi est, huic etiam,istolae adjungere beneficia tanti Pontificis in Societatem Jesu ut ea quoque redundent in laudem, decusque Illustrissimi Principis, cui libros meos, ipsi dicatos, non ingratos esse desidero.

Venio nunc ad alteram rationem, quae me potissimum impulit, ut hos libros Tibi praecipue cardinalis Amplissime, nuncuparem. Argumentum operis mei non allit ad legendum, sed absterret potius,
 30 praesertim viros magnos et Principatu politico, sive saecro; non e-

/ praesertim viros magnos sive Principatu politico, sive sacro; non enim continet liber hic meus artem philosophicam, vel oratoriam, vel poeticam, quae mentem doceat, vel linguam expoliat, vel aures delectet, sed hortatur ad meditationem mortis, et ad ea saepe cogitanda, quae viris magnis placere plerumque non solent: qualia sunt paupertas, humilitas, patientia, et aliae christianae verissimaeque virtutes. Elegi ergo Te, virum Principem Principatu politico et sacro; et fretus humanitate tua singulari, dicavi Tibi libros de arte bene moriendi, libros exiguae eruditionis, sed magnae utilitatis; 10 et fretus benignitate tua spem bonam concepi, et abs Te facile legendos libros non prolixos, et ad imitationem tuam non defuturos, qui ad ipsum agant. Erit id mihi res plane gratissima; nec me arbitror Tibi munusculum obtulisse, sed abs te munus amplissimum accepisse. Vale.

15 Operum... t.VII. Supplementum, col.1997=1998. Coloniae, 1619.